220

10/IV
1659

Actum in Castro Premisliensi Feria Quinta Magna post Dominicam Ramis palmarum Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

Drohoiowscy inter se roborant.

Comparentes personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Pre-
mislien. Generosi Stanislaus Drohoiowski ab una et Andre-
as Drohoiowski ab altera partibus sani mentibus et corpori-
bus existentes a Terris Ducatibus Juribus Juridicionibus suis
quibuscunque propriis et competentibus recedendo praesentique Iurisdictioni Ca-
strensi Capitaneali Premislien. Iuris dominio quoad actum praesentem atti-
nentes seque cum successoribus ac bonis suis quibuscunque totaliter et ple-
narie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac
per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim
suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et praesertim
Generosus Stanislaus Drohoiowski suo et Generosae Constantiae
de Marchocice Consortis, vero Generosus Andreas Droho-
iowski itidem suo et Generosae Theophilae de Zaborowa Con-
sortium suarum nominibus pro quarum ratihabitione cavent
ac se praesentes inscribunt nominibus se suosque successores in et
super bonis suis quibuscunque summisque pecuniariis quibuscunque ha-
bitis et habendis sibi mutuo et vicissim una pars alteri
ac posteris utriusque partis inscribunt et obligant praesentes In-
scriptionem certam inter se Generosos et praefatas Consortes suas
certam [illegible] et Conclusionum in eadem Inscriptione Con-
tentam de actu et data illius hic Premisliae feria tertia
ante festum Sanctae Agnethis Virginis et Martyris proxime
praeterit anno praesenti consensisse et confessit maritus
[illegible] ab utraque parte [illegible] in omnibus et singulis

eiusdem

eiusdem Intercisae Conditionibus punctis Clausulis articulis
Vadio ligamentisque ac rebus omnibus universis firmiter
tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omni-
busque et singulis illius Contentis tam in toto quam in quavis
minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere Inter-
cisam Celebratam ad Inscriptionem Corroborandam et Inscriptionem
Corroborandam ad praefatam Intercisam Unitam in toto re-
ferendo Idque sub vadio summae Quatuor Millium et
quingentorum florenorum polonicalium per praefatos [illegible] cum succumbentibus
utrisque partis ob non completionem praemissorum Omnium
et singulorum Intercisae praefatae Contentorum ad soluen-
dum succumbentes Insuper seperatim Conjuges et quidem
Generosus Stanislaus Drohoiowski Generosam Constantiam de
Markowice, Generosus vero Andreas Drohoiowski Gene-
rosam Theophilam de Zabawa Consortes suas Charissimas de-
bebunt et tenebuntur prout se ac suos Successores in et super bonis suis
omnibus summisque pecuniae quibusvis habitis et habendis
sibi mutuo et invicem inscribunt et obligant ad approbandam
per easdem Inscriptionem Corroborandam vel similem pro eo ex-
teresse fuerint Ad Acta quaevis authentica Regni huius per-
petuitatis in se habentia vel in eventu mortis succumbentis
intra decursum duodecim septimanarum cum a statu sui vel
in eventu mortis succumbentis illarum statuere et personaliter
adducere ab eis vel earum successoribus ut praemissa exequan-
tur efficere Idque sub simili et seorsivo Vadio Quatuor
Millium et quingentorum florenorum polonicalium per praefatos [illegible]
cum succumbentibus utrisque partis ob non statutionem supra scri-
ptarum Consortium suarum pro tempore et loco superius expres-
sis ad soluendum succumbentes Pro quibus quidem Vadio
vel Vadiis modo praemisso ad soluendum succubuit ac pro re
aliqua minimi ex Contentis Intercisae praefatae ac Inscriptionis
eius roborationis non complevit complendo licita ex pars
una praemissa non tenens aut successores sui ad instantiam

Alterius

alterius Commissa tenentis vel ipsis posterinum ad Offici Castren. Capitaneal. Premislien. Instante recessu supratto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo actionis termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere vadium vel vadiam Statuta breve Infrascripti Officii satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentes. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causis eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate Rothmanorum Minorennitate Summonitione Legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Militia ad Exercitum vel alijs quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Adquietationem Ultra proximos Officii Capitan. Castren. Premislien. Terminis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequtiones faciendo Comissaque omnia simplicibus vel triplicibus Evasionibus Suspensionibus Fatalibus Juris Defensionibus Juris Bello Convocationes ac alijs quibuscunque Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis eundem ubi suis Officii personalibus Regnis ad praemissa omnia et singula mediante.

11/IV 1659

Actum in Castro Premisliensi Feria Sexta Magna post Dominicam Ramis Palmarum Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

Piasecki Orzechowskie Conditiones Quietat et Statuet.

Comparens